

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Fortitudo z  
cum uariis

Queris an omne bonum optabile sit. Si bonum est, inquis, fortiter torqueri et magno animo uti et pacienter egrotare, sequitur ut ista optabilia sint. Distingue: tormenta a me abesse uelim, sed si sustinenda fuerint, ut me in illis fortiter, honeste, animose geram optabo. Velim non incidere bellum, sed si incido, et uulnera et famem et omnia, que bellorum necessitas affert, generose feram optabo. Itaque non incommoda optabilia sunt, sed uirtus qua perforuntur incommoda. Non pati tormenta optabile est, sed pati fortiter.

Seneca LXVIII. epistola.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

queris] quis (*cor. supra lin.*) M; inquis] inquit M; sint. Distingue: tormenta] sint, distingue. Tormenta P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; tormenta a me] a me tormenta M; uelim] uellem P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; incidere] inciderem V<sup>2</sup>, in *add.* L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; omnia] et omnia *add.* B; optabilia sunt... incommoda *om.* C; perforuntur] proferuntur B P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup>; pati fortiter] fortiter pati P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>